



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Cardinales Ordinis Cælestinorum. cap. LXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

sterium Casinense, & uolens dictum Monasterium unire Religionis suæ induxit Monachos pro maiori parte, ut reciperent suæ Religionis habitum: Qui habitus erat coloris Camellini vilissimi panni; & misit de Monachis suis quasi quinquaginta, Primo nos fueramus nigri, &c. *Et hæc ad opinionem Bugiani dicta sufficiant, quam approbare, & tenere si quis uoluerit, non improbamus. Nam quamuis a diverso, quam nos, auctore Ordinem hunc fundatum affirmet, sub Regula tamen Diui Benedicti, militare asserit.*

*Cardinales Ordinis Cælestinorum. Cap. LXV.*



**F**RATER Thomas Aprutius, Monachus Ordinis S. Benedicti, qui postea Cælestinus ordo appellatus est, Congregationis S. Damiani, a Cælestino Papa V. in vnica sua creatione anno 1294. Pontificatus primo, in quatuor Temporibus Septembris Neapoli S. R. E. Tituli S. Cæciliæ Cardinalis creatus; Obijt in Eremita Maiellæ anno 1300. & ibidem sepultus est.

*Panvinus in Epitome in 4. Platina in vita Cælestini V. Petrus in Catalogo lib. 5. cap. 19.*

Frater . . . . . Monachus Ord. S. Ben. eiusdem Congregationis, in eadem creatione S. R. E. Cardinalis Tituli S. . . . . renunciatus: obiit anno . . . . .

A N N O T A T I O.

*Quis fuerit iste Cardinalis hæcenus non inueni; notatur tamen eius promotio a Platina his uerbis: Initio itaque Pontificatu, duodecim Cardinales statim creat, viros integerrimos, quorū de numero duo eremitæ sunt habitū. Hæc ille. Horū vnus fuit Thomas iam dictus, alter uero non exprimitur, quem si coniecturari liceret, dicerem fuisse Landolphum Brancacium, omnes enim alij aut Galli fuerunt, aut certe alterius Ordinis Monachi, tribus solis exceptis Benedicto Cæetano, qui postea fuit Bonifacius Papa VIII. Gulielmo Longo, Caroli Regis Cancellario, qui duo Monachi numquam fuerunt; & prædicto Landolpho, in quem fors optime cadit.*

*Scripto-*